(5)

Atto di cessione del Vescovo di Concordia ai portulani

ATTO DI CESSIONE

FATTA

DA GERVINO VESCOVO DI CONCORDIA

AI PORTULANI

L' ANNO 1140.

PORTOGRUARO

TIPOGRAFIA BARTOLOMEO CASTION

1851.

Monsignore Illustriss. e Reverendiss.

In mezzo alle ovazioni colle quali da tutti i vostri novelli figli vien salutata la lietezza di questo sospiratissimo giorno, anche i Fabbricieri di questa vostra Concattedrale sentono il prepotente bisogno di manifestarvi con un segno la loro esultanza, offrendovi la pubblicazione del seguente interessante Documento, che comprende un atto di giurisdizione d' uno dei Vostri più remoti Antecessori a vantaggio della comunità di Portogruaro; e che quantunque già stampato nel Tomo V. dell' Ughelli, e riprodotto in estratto dal Zambaldi nei suoi Monumenti storici di Concordia, fu creduto degno di ri-

comparire alla luce con tutte le particolarità dell' Autografo originale.

La fama che Vi precede, e che acclama la cortesia e gentilezza dell' animo Vostro, li rende sicuri che con indulgenza sarà da Voi accolto il tenue omaggio che Vi tributano.

Questa degnazione che osano ripromettersi, sarà per essi un pegno di futura benigna accettazione, che essi con tutti gli sforzi cercheranno di meritarsi.

PORTOGRUARO, 22 Marzo 1851.

LI FABBRICIERI DELLA CHIESA
CONCATTEDRALE DI S. ANDREA APOSTOLO.

Concessio GERVINI Episcopi facta Portulanis de terra e Territorio Portusgruarij sub Annuo Censu.

ANNO Domini Incarnationis Millesimo, Centesimo, Quadragesimo. Decimo die Mensis Januarij Indictione secunda.

In CRISTI nomine. — Placuit atq. convenit michi Gervino Episcopo in presentia Gabrielis Aduocati mei, umeiq. Episcopatus, ut in Dei nomine darem Terram unam ad locum, qui dicitur ad Pontem de Coura, cum silva et Pascuis ex omnibus coherentijs suis. cohæret ei suprascripto loco ex una parte currit fluvius qui dicitur Lemen, ex alia parte firmat in fossatum cum silva et pascuis firmantibus usque ad Pontem de Gradizzara, et exinde usque ad Villamnouam. Negotiatoribus S. Joanni Venerio et Arponi, et Bertaldo, et Birigoio, et Herico Mosca, et Joanni Salimbene et omnibus Portulanis tam astantibus ibi quam absentibus alijs, ad Portum ibi faciendum et casas et mansiones ædificandas ad censum,

et fictum annualiter reddendum livellario nomine usq. ad annos xxix expletos. et ut per eos melioretur, et non pejoretur, eademq. ratione ut suprascripti vicini eorumq. heredes, michi Geruino Episcopo Concordiensis Ecclesiae vel meo misso aut meis Successoribus ad missam Sancti Martini tres dies antea, vel tres dies postea per unum quemq. annum et per unum quemq. massarium Negotiatorem in supradictum Portum habitantem p. soluat uerdonem unum argenti, et repletivi homines ibi habitantes persolvant quatuor marcutios Veneticorum denariorum, ut libere negotia sua, Et omnia necessaria ibi in predicto Portu possint peragere, Et negotiari, et domos suas liberis negotiatoribus hominibus ibi in Portu habitantibus, uendere donare, Et pro anima iudicare, ad supradictum censum dandum ut supradictum est præfato domino Episcopo suoq. misso suisq. Successoribus. Et super hoc quod suprascriptum est, nulla uirtus, nec aliqua superimposita, nec alique praeces violento nomine a nobis nec a nostris successoribus. Vobis vel uestris successoribus fieri debeat præter regalem hostem. Tunc uero tam nobis q. nostris successoribus dare debeatis praeces tales quales Aquilegenses negotiatores sub fictum et censum constituti dabunt. Et ita ex ambabus partibus bona fide et absq. dolo malo conuenimus ex utraq. parte æquitate servantibus. Et expletis xxix annis Nos Deo adjuuante, vel nostri succes-

sores ad suprascriptum fictum, et censum dandum alium libellum renovare debeamus. Quod si hoc ut supra legitur non obseruauimus; seu nos uel nostri successores, uel aliqua subnixa persona, quomodo malo ingenió frangere tentauerimus, Et omni tempore justitia, et æquitate, ut quemadmodum sub nostris antecessoribus non retinuerimus. Et e contra Si nos Portulani uel nostri heredes ante praefinitum tempus praedictum Portum relinquimus, Et omnia quae supradicta sunt, et laudata non compleuerimus tunc Et communiter conuenimus, componamus pars parti fidem servauti mulctam quae est paenas auri optimi libras quinque, et post paenam datam Et solutam hic presens libellus sine omni contradictione omnium sit firmus et stabilis. Unde duo libelli uno tenore sunt scripti. Et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uolumus, sed q. a nobis semel factum, uel contrascriptum est sub iureiurando inuiolabiliter conseruare promittimus, cum stipulatione subnixa. — Diximus.

Actum est autem hoc in atrio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Groario feliciter.

Signum ⌗ manus Gervini Episcopi Concordiensi. sedis signum ⌗ Qui hunc libellum scribere rogavit. Signum manus ⌗ Gabrielis ejus et predictæ S. Sedis aduocati. Signum ⌗ manus Venerci de Fanna, et Artinci de Alber, Et Ber-

toldi Fratris ejus, et Joanis de Tersarolo, et Fridici de bisonzo omnium rogatorum testium. Et insuper interfuerunt ibi Volneradus, et Popo filius Ottonis de Pouurisano, et Hermanus de Meduno, et Alberdus et Orso habitantes in Concordia, Et Postcalatus, et ceteri q. plures ibi adstantes.

Ego Dietterieus Judex et Notarius scriptor hujus libelli postraditum complevi et dedi.

Signum Nottarj

Et ego Liberalis Bonisolus de Oppido Sancti Viti publicus Appostolica et Imperiali auctoritate Notarius, et Curiæ Episcopalis Concordiensis Cancellarius suprascripta omnia et singula ex libro censuali Episcopatus Concordiensis manu aliena fideliter extraxi, exemplavi, et ad verbum sumpsi, nil addens vel minuens quod facti substantiam mutet seu variet intellectum, et ideo in fidem et credibile Testimonium praemissorum me hic subscripsi signumque meum apposui consuetum.

Signum Tabellionali

Ego Ants: Brinis Pblicus Imperiali auctoritate et Portusgruarii Nots. suprascripta omnia ex autentico subscripto manu propria supradicti D. Liberalis Bonisoli aliena manu michi fida pro ut ibidem inveni, exemplavi, ideo in fidem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.